Sol radians solet haud reliquos removere Planetas:
Horum sed cursum semper moderatur, et est quò
Altior, Eis hoc tardior ille gradiens
Incedit, claram lucem qua moribus afflat.
Denique lux rubicunda suo non tramite cedit,
Signa nec illa tenet Coeli, dirissima quamvis.
Nil facit illustris Princeps, nisi consulat ante
Illos, quos Soboles usus prudentia format.
Attamen ipse manet semper Director eorum,
Nec, sese tumidum fortunae in munere praebens
indulgensvé suis affectibus, efficit unquam
Civibus ille suis, temeraria bella nec unquam
Excitat: haud metuit tamen arma capessere contra
Pravos, queis semper invictâ mente resistit.
Pro Patria pugnat contra hostes fortiter ille.
Haud amor, haud odium, non indignatio, sive
Invidia hunc magnâ cogunt discedere sparta.
Hac de materiâ jam nolo dicere plura:
Dicant plura alii, quorum sua tempora lambunt
Superbes hederae, nec non quibus altius ire
Et penetrare datum Parnassidos avia rupe
Lungere remota. Ast nobis aeternum sat esto
Haec dixisse metro, quod non dictavit Apollo.
Nunc lubet affari Vos omnes, summa potestas
Credita queis populos regendi, Civica, Te
Turba, stantes vobis monitor Vos mente fideli:
Ut, quoties nitidi spectetis lumina Solis,
Hujus cognoscant seu corpora vestra calorem,
Aut cursum Solis intuatis mente, putetis,
De vestro officio toties Vos Sole moneri.
Sic Vos, Rectores, hujus fix publica mundi
Officiū admoneat: rectè teneatis ut omnes
Imperii clavum, quem Vobis Arbiter aequi
Commisit, vastum qui dirigit ordine mundum.
Sic Vos, ô Cives, nitidissima Solis imago
Admoneat vestri officiū: Rectoribus ut res
Ut vestris debita faciles faciatis et horum
Jussa: Deus Vobis hoc praecipit ipse severè.
Sic Vos, Rectores et Cives, Stella diurna
De vestro officio moneat: quo saepe Jehovam
Imploretis, opus qui nobile fecit
Stelliferae, nec non mundi: quo cernat ocellus
Rectè, ceu dicit Salomon, ac audiat auris.
Sed Te jam speciatim, Heroum maxime Saxonis,
Tertie compello submissâ JOHANNE GEORGI
Voce, novis titulis assuescens atque vocari